



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

Tractatvs VIII. de Ira.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

damnum est, q̄ postquā inuidus dissolutus est à cæteris membris ecclesie, nō viuificatur à Spiritu sancto: sicut nec anima viuificat membrū, quod à corpore separatum est, & humor non ascendit ad ramum præcisum ab arbore. Præterea sicut inuidus non vult communicare bona sua proximo: sic non est dignus quod Deus communicet sibi bona sua.

TRACTATVS VIII. de Ira.

De his quæ valent ad detestationem Ira, PARS I. quæ habet quinque capitula.

De ordine dicendorum in hoc tractatu. Et verbis Sacre scripturæ, quæ dissuadent iram. Et quare Ira sit auferenda à corde.

CAPVT I.

EST superbiam & inuidiam, dicendum est de ira, quia tam superbia quàm inuidia frequenter occidit iram. De ira vero tractabimus hoc modo. ¶ Primo ponemus ea quæ valent ad detestationem iræ. ¶ Secundo ponemus diuersas diuisiones iræ. ¶ Tertio agemus de peccatis, quæ ex ira sequuntur. ¶ Ultimo de remedijs contra iram. Iram vero hic intelligimus, appetitum vindictæ. ¶ Ad detestationem vero iræ valere possunt verba sacre scripturæ, quæ nobis dissuadēt illā Genes. 45. Ne irascimini in via. Vbi insinuat causā quare fatuū sit irasci. Verbum est Ioseph ad fratres suos ituros ad patrē. Sic & nos sumus fratres in via ad patrē nostrum cælestē tendentes, & iudicem, qui iustitiā nobis plenariē exhibebit. Singulis diebus facimus vnā dietam magnā ad iudicium magnū, & ideo debemus esse in pace. Mart. 5. Esto contentus aduersario tuo, dum es in via, ne fortē tradat te aduersarius iudicij, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quæ dramæ. Item Leui. 59. Non quæras vltionem: nec memor eris iniuriarum tuorum. Et Iob 36. Nō te superet ira, vt aliquē opprimat. Quo verbo insinuat q̄ ira hostis sit nos impugnans. ¶ Magis timere debemus superari ab ira, quàm à quocunq̄ homine. Quicquid enim potest inferre iniuriarum, minus est quàm mors animæ, cuius causā est ira. Item Eccles. 7. Ne sis velox ad iram. Et Iaco. 1. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Velox ad iram dicitur quæ dupliciter. Vno modo, quia velox est ad saliendū in ignem iræ. De facili enim irascitur. Alio modo dicitur aliquis velox ad iram, sicut equus dicitur velox ad calcaria, & bos ad stimulum.

Multum velox est ad irā, qui ira stimulatus tranſilit chaos magnum, quod eſt inter iram & pacem, & inter odium & amorem, quum iſta maximè à ſe diſtent, contraria enim ſunt. Multum velox eſt ad irā, qui quaſi in puncto tranſilit à porta paradifi, ſcilicet à gratia ad portam inferni, ſcilicet ad peccatū mortale. Peccatum mortale dicitur porta inferni. Matth. 16. Porta inferi non præualebunt aduerſus eam. Quia nihil eſt inter peccatum mortale & infernū, niſi corpus, quia ſi anima diſcedit à corpore, citò eſt in inferno. Job 21. Ducit in bonis dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcendunt. Bene velox eſt ad iram, qui ira stimulatus prius ſalit quam attendat quò ſaliat. Qui in odiū cadit in foueam cadit profundam. Item Eccleſ. 12. Aufer iram à corde tuo: Auferenda eſt ira à corde, quia eſt quaſi tempeſtas, mentem quaſi grando deſtruens: ſicut dicit Grego. Vnde ſicut tempeſtas timetur vineæ: ſic ira timenda eſt dordi. Auferenda eſt etiam ira à corde, quia eſt ignis infernalis bona animæ exutens. Prouerb. 6. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimentum eius non ardeat? Ira etiam eſt de illis ſerpentibus ignitis nequiſſimis, de quibus legitur Numer. 21. qui vexauerunt filios Iſraël in deſerto; & hodie homines multos in deſerto clauſtri. Eſt etiā hoſtis auferens homini ſeiſpſum, ſicut ſuperbia auferit homini Deum, & inuidia proximum, ſicut dicit magiſter Hugo de ſancto Victore. Auferenda etiam eſt ira à corde: quia ad modum trabis oculum cordis impedit: vnde, Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum. Vnde cum feſtucam de oculo corporis feſtinemus auferre, mirū eſt quomodo trabem iræ non feſtinamus auferre de oculo cordis. Mirum eſt etiam quomodo qui trabē iræ habet in oculo vult alios iudicare & corrigere. Vnde Matth. 18. Hypocrita, eice trabem primum de oculo tuo, & tunc videbis eicere feſtucam de oculo fratris tui. Item Eccleſiaſt. 10. Omnis iniuriæ proximi ne memineris. Ad Rom. 12. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos, nulli malum pro malo reddentes, vult autem Dominus amicos ſuos perfectæ bonitatis eſſe, & perfectæ nobilitatis; vt neque malum, neque ruſticitas aliquo modo ex eis exeat. Curiales & nobiles huius mundi parum nobiles ſunt; qui nulli malum faciunt, vel ruſticitatem, niſi ipſe prius eis ſimile fecerit. Quod conſtat non perfectæ nobilitatis eſſe. Cum enim non poſſit exire de ſacco niſi quod in illo eſt, & ruſticitas ex eis exeat, ruſticitas prius in eis erat. Spinā enim & nō liliū ſe eſſe oſtendit anima illa, quæ conuiſis à proximo pūcta proximum

pungit. Non talis est amicitia Christi, vnde Cant. 2. Sicut illud
inter spinas. Item ad Rom. 12. Non vos defendentes charitatem
sed date locum iræ. Cum ira ignis sit, ab iracundis debemus nos
elongare, si non volumus ab eis exuri. Itē in eodem cap. Non
vinci à malo. A malo vincitur quis, quum malus efficitur, & ma-
litię sit subiectus. ¶ Secūdo valet ad iræ detestationem hoc, quod
multum displicet Deo, placet diabolo, nocet suo subiecto & pro-
ximo. Ad primum facit illud Ecclesia. 27. Ira & furor verę
execrabilia sunt. Et supple glo. interlin. in conspectu Dei.

Quod quinque de causis displiceat Ira Deo.

CAP. II.

Quinque de causis displicet ira multū Deo. ¶ Primo quia
spiritum eius turbat. Vnde ad Ephe. 4. Nolite contristare
spiritum sanctum. Greg. Dum ira animam pulsat. Spiritus
suo suam habitationem perturbat, imò quandoque Patrem, & Spi-
ritum sanctum de hospitio suo expellit, & diabolum in-
troducitur. Sicut in pace factus est locus Dei: sic in ira factus est
locus diaboli. ¶ Secundo imaginem Dei in templo eius dissipat.
Imaginem diaboli ibi ponit. vnde super illud Job 5. Vitam
meam interfecit iracundia. dicit Grego. Mansuetudo imaginem Dei
in nobis seruat, qui semper tranquillus est: sed ira dissipat, quæ
multis virtutibus priuat, quæ dum quietem mentis tollit. Spiritus
sanctus non requiescit. Quod autē multū displiceat Deo, quum
imago eius in homine dissipatur, ostendi potest, per hoc quod
dicit Aug. super Psalm. Domine in ciuitate tua imaginem
templorum ad nihilum rediges. Merito, inquit August. imaginem tem-
plorum ad nihilum rediget Deus in caelesti ciuitate: quia ipsi in
terrestri ciuitate imaginem eius ad nihilum redegerunt. Et
per hoc quod tantum peccatū reputaretur, si aliquis imaginem
Christi in ecclesia Dei dissiparet, & idolum alicuius dæmonis
in loco eius poneret. ¶ Tertio displicet ira Deo, quia templum Dei
incendit. Psal. Incenderunt igni sanctuarium tuum. & 1. ad Cor.
Nescitis quia templum Dei estis vos, & spiritus Dei habitat
in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet
Deus. ¶ Quarto, quia nullum vitium sic contemnit Deum, quæ
ira. Hoc vitium se erigit apertè contra Deum. Vnde ad homin.
iratum videtur pertinere illud Job 15. Terendit aduersus Deum
manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Curre-
rit aduersus eum erecto collo. Homo iratus Deum contumelia
afficit, & nititur expuere in faciem eius. Job. 30. Faciem meam
aspicere non verentur. ¶ Quinto displicet Deo, quia Deo

dominium suum in homine, & diabolum ibi facit dominari. Homo iracundus quodam modo Deum se facit, dum vindictam usurpat sibi, quam Deus sibi retinuit, dicens: Mihi vindictam, & ego retribuam, ait dominus, ad Ro. 12. & Deut. 32. Mea est ultio. Vnde in vitis patrum, cum quidam frater venisset ad abbatem Philosium, & diceret ei, q̄ vellet se vindicare de quodam fratre, qui dixerat ei contumeliam, incepit orare Philosius in hunc modum: Deus, iam non est nobis necessarium vt pro nobis sollicitus sis, quia nos ipsi, sicut frater iste dicit, & possumus & volumus nos vindicare, quod cum audisset frater penituit.

¶ *Quod quatuor de causis placeat ira diabolo.*

QUATUOR vero de causis placeat ira diabolo. Primo, quia valde potens est ad impugnationem hominum, & destructionem boni, quia ira est ignis spiritualis. Vnde sicut ignis naturalis potentior est ad destructionem, quam alia elementa, sic ira, quæ est ignis spiritualis, &c. Et ideo maligni homines, qui multum volunt destruere terram inimicorum suorum, igne pugnant. Similiter & demones in inferno. Sic ignis ira potens est ad destructionem bonorum. Dominus etiam ignem amoris accendere voluit in mundo isto, ad destructionem regni diaboli. De igne specialiter potest intelligi illud Isai. 64. Ignis comedit speciosa deserti. Pulchriorem enim partem mundi magis exurit ignis iste infernalis: scilicet nobiles & diuites. vnde Eccle. 28. Secundum ligna sylvarum, sic ignis exardescit: & secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit: & secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Ira in exercitu diaboli incendiaria est. Ipsa enim causa est aliorum incendiariorum. ¶ Secundo placeat ira diabolo, quia cæcitate facit in homine, quæ multum diabolo placeat. Sicut enim cælesti regi minister intelligens acceptus est, Prou. 14. sic diabolo acceptus est minister cæcus. Ipse enim similis est coruo qui veniens ad cadaver, primo cutit ad oculum. Sic diabolus primo vult hominem excæcare, sciens q̄ postea poterit eum precipitare in foueam peccati ad voluntatem suam. Exemplum in vitis: atrium dixit quidam senex: Quando operiuntur oculi animalis, tunc circumit ad molendinum: alioquin non ambulat in circuitu molæ. Sic diabolus quando cooperuit oculos mentis, in omne peccatum humiliter hominem. ¶ Tertio placeat ira diabolo, quia per iram multum dominatur diabolus homini. Homo enim iratus non timet facere quodcumque diabolus precipit sibi, quantumcunque magnam peccatum sit: non enim parcat uxori, non parcat filio quin quandoque proiciat eum in ignem. Ipsi Deo & matri eius non parcat;

quin contumeliis eos afficiat. vnde ad ipsum specialiter refertur potest illud Prou 18. Expediit magis vira occurrere rapis fratribus, quam fatuo confidenti in stulticia sua. ¶ Quarto placet in diabolo, quia hoc peccato non lucratur diabolus vniu hominum, sed totam domum, vel villam, vel patriam. Homo iracundus est velut serpens igne ore vomens, exurens eos igne irae qui sunt in se. Vnde Pro. 15. Vir iracundus prouocat rixas: qui autem patienter est, mitigat suscitatas. Vnde iracundus rixas prouocat: more enim canis alios mordet, & latratu suo alios ad iram prouocat

¶ *Quod ira multum nocet proximo.*

PROXIMO etiam multum nocet ira, quia ferè omnia mala quae inferunt homines sibi inuicem, procedunt ex ira. Ideo multum debet homo sibi cauere ab ira: quia nisi hoc fecerit, intolerabilis est hominibus. Prouerb. 27. Graue est saxum & onerosa arena: sed ira stulti utroque grauior est, & in eodem capitulo. Impetum concitati spiritus sustinere quis poterit? Eccl. 22. Super iracundum quid grauabitur? & quod illi aliud nomen, quam fatuus? Annam & salem, & massam ferri facilius est ferre, quam virum imprudentem, & fatuum, & impium. Prouerb. 18. Spiritum aduersum scendum facilem quis poterit sustinere? Homo iracundus praeputè est onerosus amicis suis & familiaribus. vnde Prouerb. 11. Noli esse amicus homini iracundo.

¶ *Quod tribus de causis cauenda est amicitia iracundi hominis.*

TRIPlici ratione non debet homo querere amicitiam hominis iracundi. ¶ Primo, quia parum durat talis amicitia. Ignis enim irae comburit in eo vinculum amoris. ¶ Secundo, quia homines iracundi sunt velut lignum ignitum, quod consuevit exurere ea quae tangit. ¶ Tertio, quia sunt velut lignum spinosum, quod pergit amplectentes se: ideo familiari amore complectendi non sunt. Licet aliquis homo amet omnes arbores quas habet, spinosam tamen libenter declinat. Sic licet omnes homines amantur, sunt tamen familiaritas iracundorum declinanda est.

¶ *Quod proprio subiecto multum noceat ira.*

IRA etiam proprio subiecto valde nocet. Et hoc multis modis. ¶ Primo, nocet corpori. vnde Eccle. 30. Zelus & iracundia minuunt dies. ¶ Secundo, nocet etiam possessionibus. vnde Eccle. 10. Obiurgatio & iracundia ad nihilabunt substantiam. Homo iracundus pro vna alapa amittit quandoque centum libras. ¶ Tertio, nocet ira, & hoc multipliciter. ¶ Primo excacando eum. vnde Iob 17. Caligauit ad indignationem oculus meus. Et in Psalm. Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Ignis irae non sinit

videre

videre solem iustitiæ. Psalm. Turbatus est à furore oculus meus. Et philosophus: Duo sunt maximè contraria cõsilio, scilicet fessinãtia & ira. Psalm. Turbatus sum &c. ¶ Secũdo nocet ira animæ, ei omnia bona auferendo. Aufert enim misericordiã. vnde Prou. 22. Ira non habet misericordiam, neque irrumpeus furor. Cuius causa est: quia ira inquitit victoriã. Finis enim iræ est victoriã. Aufert etiam homini irã verã iustitiã. vnde Iacob. 1. Ira enim irã iustitiã Dei non operatur. Vbi dicit glo. Qui iratus iudicat, etiã si iustitiã iudicat, tamen diuini examinis iustitiã, in quam perturbatio non cadit, noc potest imitari. Sapiẽ. 12. Tu autem dominator virtutum cum tranquillitate iudicas. Et super illud Iob 16. Non te superet ira, dicit gl. Si ira correctionem superet, antè opprimit, quã corrigat: & sub specie zeli iustitiã, furor est. Zelus iustitiã quasi ignis ardere debet oleo misericordiã. Et sicut ignis lampadem destruit, nisi adsit oleum: sic zelus iustitiã cor hominis destruit, nisi assit oleum misericordiã. Legitur de Christo Lucã 20. q. ipse destructionẽ Ierusalem, quam ex zelo iustitiã facturum erat, prius fleuerit. ¶ Tertio ira nocet animã omnia mala introducendo. vnde super illud Prouerbio. 14. Vir iracundus prouocat rixam. dicit Grego. Ianua omnium vitiorum est iracundia: qua clausa, virtutibus intrinsecus datur quies aperta, ad omne facinus armabitur animus. Prou. 29. Qui ad indignandum facilis est, ad peccata est procliuior. Damnum quod facit ira homini, ostendit Salomon Prouer. 19. Qui impatiens est, sustinebit damnum. Primum quod sustinet impatiens, est damnum perditã patientiã. Secundũ est, damnum eorũ qui lacerati essent, si patienter iniuriã sustinuissent: velut enim lapidibus pretiosis obruimur, cum iniuriã nobis inferuntur. Tertium damnum, est amissio sui ipsius. Impatiens seipsum perdit, sicut patiens seipsum seruat. Vnde dominus in Euangelio Lucã 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Quibus rebus comparatur iracundus. CAP. III.

Tertio valet ad detestationem irã, si iracundus diuersis generibus rerum comparetur. Vnde notandũ, quod iracundus est velut homo habens domum ligneã, cui quãdoque accidit, quod in vespere diues est, in mane verò nihil habet, quia sibi totum ignis subito abstulit. Ira homo iracundus ad sibilum vnus verbi, gratiam, quam habebat, perdit, dum in iram vel odium capit. Ideo dicitur Eccle. 2. Vã illis qui perdidit sustinentiam. Homo etiã iracundus est quasi dæmoniacus, vel arrepticius. Vnde figurari potest per dæmoniacum illum, de quo se-

gitur Marci 9. Magister, atruli tibi filium meū habentē spiritum
mutū qui vbiūque eſt apprehenderit, allidit illū, & ſpumat,
ſtridet dentibus. Matthæi etiam 8. legitur q̄ occurrerunt de-
mo duo habentes dæmonia terribilia nimis, ita vt nemo pote-
transire per viam illam. Quibus ſatis aſſimilatur homo iracu-
ndus. Item iracundus eſt ſicut olla nimium habens ignē, que
liendo emittit quod in ea erat. vnde Pro. 15. Cor fatui ebullit
ira. Iracundus eſt homo inſanus, licet non ſit continua enſa-
ſania. Vnde Horatius: Ira furor breuis eſt. Itē philoſophus
gata iniuria, eius eſt inſania qui facit. Nunquid non inſanus
qui ſeipſum gladio iræ vel odij occidit? ¶ Homo iracundus
velut rhamnū ignem ex ſe producēs ad impetū venti, ſecū
Iosephum. Sic iracundus ad ventū ſuperbiæ ignem iræ ex ſe
ducit. Homo etiam iracundus eſt velut aper in gladium iræ
odij ſeipſum impingens, Gladius diaboli eſt ira vel odium.

¶ De ſtultitiis iracundis multiplicitibus.

C A P. I I I I.

Quarto poteſt valere ad deteſtationē iræ, ſi oſtēdatur
ta ſtultitia laborat homo iracundus, qui non vult odium
mittere, ſed vult ſe vindicare. Et poſſūt aſſignari multe ſtultitiæ
ipſius. ¶ Prima ſtultitia eius eſt, q̄ ipſe vult ſanare vulnus ſuū
alieno vulnere, & ſanitatē querit de aliena inſirmitate. In
malo quarit bonū ſuum: quod idē eſt ac ſi in igne quarat
& in ſpinis vas, & in tribulis ficus. Hęc ſtultitiā inſinuat
Aug. dicēs: Leſus & iniuriā paſſus vindicari vult, quaſi
pœna poſſit prodeſſe aliena. De aliena pœna quatit ſibi
camentū, & acquirit grande tormentū. ¶ Secunda ſtultitiā
quod ipſe vult ſe vindicare cum periculo animæ ſuæ, & me-
dum corporis, & magno labore & expenſis, & tamen non
reſte vindicare plenē. Maior enim vindicta quam ipſe po-
ſumere, eſt mors aſini hoſtis ſui, ſcilicet corporis. Prover-
rum 20. Ne dicas, Reddam malum pro malo expecta-
num, & liberabit te. Liberabit, inquam, à labore & expenſis
periculo animæ & corporis, & debito gehennæ, cui te obli-
res, vendicādo te. Mira inſania, quod homo velit ſe occidē
aſinum hoſtis ſui occidat. Si autem expectaret dominū, do-
nus plenariē vindicaret eum, hoſtem ſuū infernali patibulo
figendo. Non oportet ergo ſumere vindictā de hoſte ſuo, qui
bi iniuriatus eſt: quia niſi ipſe pœnituerit. Dominus tantam
dictā ſumet de eo, q̄ totus mundus ſatiabitur inde. Vnde in
Eſaiæ: Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur.

& erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. Nullus est ita
 in misericors, quin moueri posset ad compassionem erga illos,
 qui cruciabuntur in inferno, si sciret qualis est cruciatus eoru.
 vnde legitur Lucae 16. de diuite illo qui sine misericordia fue-
 rat, qui tamen compassus est suis fratribus, timens ne veniret ad
 illam locum tormentorum. Expertus enim erat iam cruciatum
 infernalem. Si quis singulis horis membratim dilaniaretur, ipse
 non tantam poenā sustineret, quantā ille qui cruciatur in igne
 infernali. ¶ Item si totus mūdus excogitaret quomodo puniret
 aliquem, & ille posset totum sustinere, ipse nō posset eum tantū
 punire, quantam Dominus puniet vno verbo, quando dicit, Ite
 maledicti in ignem aeternum. Nisi sciret Dominus cruciatum
 illum ita grauem esse, nō sustinuisset cruciarum passionis, vt
 nos liberi essemus a cruciatu illo. ¶ Tertia stulticia est, q̄ ipse
 frangit pontem, per quem ipse necesse habet transire, alioquin
 peribit. Et q̄ hęc stulticia valde magna sit, sic potest ostendi.
 Duo habentes capitales inimicitias adinuicem, transituri sunt
 per quemdam pōtem: qui autem prior venit ad pontem, cogitat
 q̄ destruat pontem in odium sui hostis: sed ex alia parte videt
 q̄ si pontem destruxerit, ipse ex necessitate peribit, hostis verò
 ipse nihilominus transibit. Si post huiusmodi deliberationem
 pontem destruit, nōne infans reputandus est? Simili stulticia
 laborat, qui delinquēti in se non vult dimittere. Pons enim per
 quem sumus de necessitate transituri ad Deum ex quō pecca-
 uimus, est ipsa misericordia. Sed hunc pontem sibi frangit, qui
 misericordiam negat proximo qui in eum deliquit. Iudicium
 enim sine misericordia erit illi, qui nō fecit misericordiam. Ia-
 cobi 2. Proximus tamen nihilominus ad Deum peruenit, si fece-
 rit quod in se est. ¶ Quarta stulticia est, quod ipse vult se occi-
 dere, vt tunicā hostis sui possit dilaniare. Tunica hostis ipse,
 caro est eius. Vnde Psalm. Comedisti saccum meum, &c. Saccus
 vocatur ibi caro Christi. Si autē caro Christi saccus erat, id est,
 vestis humilis: multo fortius caro cuiuslibet potest dici vestis.
 Vnde qui animam suam occidit vt corpus hostis sui lædat, pre-
 dicta stulticia laborat. Hanc stulticiā ostēdit Augustinus super
 illud Psalm. Gladius eorum intret in corda eorum, dicens de per-
 secutoribus qui ita insaniunt. Quasi quis per corpus suū gladiū
 mittit, vt tunicam alterius scindat. Gladius prius intrat in cor
 persecutoris, quā in corpus eius quem persequitur. ¶ Quinta
 stulticia est, q̄ ipse de se faculam facit, vnde ignem accendat in
 qua hostis eius cōburatur, sed se prius comburit. Hęc stulticiam
 osten

ostēdit Augustinus super illud Psal. In laqueum cadat in ipsū
 sic dicens: Nemo malus est, qui sibi prius non noceat. Sic porro
 ro malitiā esse quasi ignem. Si incendere vis aliquid, illud quod
 admoues igni prius ardenti, nisi ardeat, nō incendit aliud. Vnde
 gratia, Cum faculam apponis igni, prius ardet vt aliud potest
 incendere: Ita ergo malitia quæ procedit ex te, quid valde
 re, quā te? Qui profundum ramum lædit, vbi radicem habet,
 non lædit. Malitia tua vt alteri non noceat fieri potest: quod
 tibi non noceat, fieri non potest. Item impossibile est, quod iniu-
 ras prius lædat hominem iustum, in quem tendit, quā cor
 stum vnde procedit. ¶ Sexta stultitiā est, quod in ipsū, quod
 uit sanum, desauit, cū factus sit infirmus vsque ad mortē, quod
 nō solum modo stultitiā est, sed etiā proditio & crudelitas ma-
 gna: quia ille qui amatur sanus, tenerius amāndus est, cum sit
 firmus. Hanc stultitiā ostendit Boëtius in libro consolationum
 dicens: Apud sapientes locus nullus odio prorsus relinquatur.
 Nam bonos quis nisi stultissimus oderit? Malos autem odib-
 ratione caret. Nam sicut corporis languor: ita virtuositas que
 quidam morbus est animarum. Cum ergo aegros corpore nō
 mē dignos odio, sed potius miseratione iudicemus: multo ma-
 gis tales miserendi sunt, non insequendi, quorum mētes impo-
 bitas omni languore atrocior virget. ¶ Septima stultitiā est,
 cum aliquis sibi abstulerit aliquid de suo, ipse in vindictā
 proiicit ea quæ sibi remanserunt. ¶ Fatuus esset cum aliquis
 stulisset pallium, si ipse in vindictam & tunicam & supercuius
 le proiiceret in Rhodanum: vel cui aliquis viginti libras abste-
 lisset, si ipse quadraginta proiiceret vel à tota sua hereditate
 exheredaret. Sic fatuus est cui aliquis abstulit palliū, suæ hær-
 detrahendo, si ipse hæc de causa proiicit illam pulchrā & pre-
 tiosam vestem innocentiæ, quam in die iudicij toti mundo ob-
 surus est. Hanc stultitiā ostendit Seneca dicens: Ridiculum est
 odio nocentis innocentiam perdere. Et Psal. Custodi innocen-
 tiam &c. Fatuus est, qui illata sibi iniuria ob hoc à caelesti heredi-
 tate exheredat. ¶ Hostis abstulit sibi terram, & ipse auferat
 sibi cælum. Primo perdit sua, & modo perdit seipsum. ¶ Octaua
 stultitiā est, quod cum ipse dicit dominicam orationem, ipse ma-
 dicit sibi secundum communem modum loquendi, dicendo
 istud verbum, Dimitte nobis debita nostra, &c. sicut aliquis
 dicens: Sic Deus me adiuuet, sicut verū dico, maledicit sibi
 dum vsum communem loquendi, nisi verū dicat. Hanc stultitiā
 ostendit Anastaſius. dicens: Si nō dimittis iniuriā quæ tibi facta

est, non orationem pro te facis: sed maledictionem super te inducis, cum dicis, Sicut & nos dimittimus, &c. Vnde de tali potest dici istud Ecclesia. 33. Vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet Dominus? Timendum est ne vocem maledicentis, nisi pœnituerit. Forsitan tamē si in persona ecclesiæ sic diceret, nō peccaret: vel si sic simplex esset, vt verba illa non intelligeret. ¶ Nona stultitia est, q̄ cū ipse sit oneratus multis debitis, pro quibus poneretur in carcerem horribilem, nisi ea hic soluerit, & aliquis velit eum delere de tabulis creditoris, & se scribere, & pro eo respondere, ipse tamen renuit. Qui alicui facit iniuriam, Deo pro debitis eius respondet, si tamen ille patienter sustinet. vnde Matt. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Patet cœlestis peccata vestra. Et Ecclesia. 28. Dimitte proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Ibi dicit glossa interlin. Indignū est Deū ei esse propitium, qui crudelis est in proximum. August. Vnusquisque talem indulgentiam accepturus est à Deo, qualem ipse dederit proximo suo. Via valde congrua ad obrinendum à Deo remissionem peccatorum suorum, est remissio iniuriarum suarum. q̄ significatum est 4. Reg. 4. in muliere illa quæ debita sua soluit de oleo sibi ab Eliseo multiplicato. In oleo enim misericordia intelligitur, qua iniuriæ illatæ remittuntur. Homini vero, qui non vult dimittere alteri, non dimittitur aliquid, nec suis precibus, nec alienis. Vnde super illud Eccles. 28. Quis exorabit pro delictis illius? Dicit Gloss. interlin. Frustra quis pro illo orat qui fratri debitam charitatem negat. Et in principio eiusdem capituli, Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata eius seruans seruabit. Orationem illius, qui nō vult fratri suo dimittere, despicit Dominus. Vnde in eodem cap. Homo homini sequat iram, & à Deo quærit medelam: In hominem enim similem sibi nō habet misericordiam, & pro peccatis suis deprecatur: Ipse cum cato sit, reseruat iram, & propitiationem petit à Deo: Nec solum oratio talium à Deo despicitur, imò etiā oblatio. Vnde Matt. 5. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuū ante altare, &c. Oratio autem eius qui sibi illatas iniurias dimittit, non solum valet sibi, sed etiam aliis. vnde Iere. 15. Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: vbi dicit glossa, Quid est quod Moyses & Samuel præ cæteris patribus in postulationem præferuntur, nisi quod isti duo tantum in omni testamenti veteris ferie:

etiam

etiam pro inimicis orasse leguntur. Vnus à populo lapidibus in-
 petitur, & tamen pro lapidatoribus ille precatur. Alter expe-
 citatu eicitur, & ait: abiit à me hoc peccatum, vt cesset
 pro vobis. ¶ Decima stultitia est, q̄ ipse similibus contra
 lem pugnat, cum potius contrarius sit pugnandum. Amore
 tra odium pugnandum est, sicut aqua pugnat cōtra ignem.
 de Prouer. 23. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, por-
 da illi. Sic enim carbones congeres super caput eius. Patitur
 contra impatientiā pugnandum est, bonitate contra malitiam
 sapientia contra stultitiam. Prouer. 26. Ne respondeas stulto
 cundum stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Et ad Romanos.
 Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. ¶ Unde clama-
 titia est, q̄ ipse occiso vno filio matris suae ecclesiae vult
 occidere, luctum volens ei addere super luctum. Ad hoc po-
 referri quod legitur 2. Regū 14. de muliere instructa à Iorabab.
 dixit Dauid regi, q̄ cum duos filios haberet, & alter alterum
 interfecisset, venerat cognatio defuncti volens interficere illi
 remanserāt, &c. ¶ Duodecima stultitia est, q̄ ipse sauire vult
 mortuum: quod non solum stultitia est, imò etiam magna
 delitas. vnde lancea qua Christum mortuum vulnerauit, ut
 vocatur, cum clauī dicantur dulces. Membrum Christi viuū
 homo existens in charitate. Quasi membrū Christi mortuum
 est, homo existens in mortali peccato. vnde vnguentū dulcissimum
 monitionis paranda essent, & non esset sauitendum in illū
 iam mortuus est. De vnguentis quae preparauerunt sanctae ma-
 lieres ad corpus Christi mortuum inungendum, legitur Mat.
 ultimo. ¶ Decimatercia stultitia est, q̄ ipse conqueritur de
 tre suo hoc quod fecit sibi, vel dixit tempore insaniae, & non
 inde vindicari. Hanc insaniam insinuat nobis Seneca, dicens.
 mines malè de te loquuntur: supple, ira tu dicis mihi. Et Sicut
 Moueor, si hoc iudicio facerent: verè morbo faciunt. Et Luc.
 Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Si quis habeat
 fratrem insanum qui ei conuicium diceret, vel alapam daret,
 ex alia parte seipsum gladio interficeret: ipse plus dolere debet
 malo, quod frater insanus sibi et faceret, quam de hoc quod
 ab eo sustineret. Sic qui iniuriam patitur, magis dolere debet
 peccato iniuriantis, quam de iniuria sibi illata. Vnde Actuum
 legitur de beato Stephano, quod positus genibus pro lapidatoribus
 suis exorauit. Quando autē orauit pro se, non legitur genua
 flexisse. Nō debet aliquis admirari vel indignari, si cæcus in
 impingat: sibi potius irasci debet, quia sibi ab eo non cau-

lat cæcu
 nō est, n
 ille qui h
 q̄ diabolo
 had, quoc
 vt à diabo
 carum tu
 ro: Dimi
 nere dia
 haber n
 odio the
 pro thes
 & perfec
 tiolos pi
 bricent.
 ma viri
 tiones, q̄
 coronā
 catores.
 alicui m
 eius cor
 Luc 6. I
 tunt, be
 cite per
 bus de c
 faciunt.
 dicit Ap
 ne, redd
 uerbio.
 domo e
 intentio
 quae cla
 tur ab e
 tention
 cundi a
 re ei qu
 suum v
 benefice
 neficiū.
 diliger
 pro illo

lat cæcus est homo iratus: ideo debet sibi cauere ille, qui iratus
 nō est, ne ad eum offendat. ¶ Decimaquarta stultitia est, q̄ cum
 ille qui habet aliquem odio, captus teneatur à diabolo, & sciat
 q̄ diabolus mortem eius fitit: tamen ille non vult dimittere il-
 lud, quod nihil sibi valet, imò valde sibi noxium est, s. odium,
 vt à diabolo dimittatur. Odium tenere velle, est retinere pec-
 carum suum. Non remittenti odium, nihil remittitur. Lucae sex-
 to: Dimittite, & dimittetur vobis. Imò retinere odium, est reti-
 nere diabolum. Mira insania iracundorum qui odium, quod nō
 habet nisi amaritudinem, Deo & regno eius præponunt, qui de
 odio thesaurum suum faciunt, nec volunt illum commutare
 pro thesauro Dei. ¶ Decimaquinta stultitia est, quòd ipsi odiūt
 & persequuntur illum, qui aurum & argentum & lapides pre-
 tiosos proiecit eis vnde se redimant, & coronam æternam fa-
 bricent. De redemptione ista legitur Prouer. 23. Redemptio ani-
 mæ viri propriæ diuitiæ. ¶ Propriæ diuitiæ hominis sunt tribula-
 tiones, quas sibi procurauit homo & non Deus. De fabricatione
 coronæ dicit Psalmus, Supra dorsum meum fabricauerunt pec-
 carores. Fabricauerūt, inquam, coronam perpetuam. Qui facit
 alicui malum, si patienter iustinet, lapidem vnum pretiosum in
 eius coronam ponit: ideo tales diligēdi sunt tanquam benefici.
 Luc. 6. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos ode-
 runt, benedicite maledicentibus vobis. Et ad Roma. 12. Benedi-
 cite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere. ¶ Dua-
 bus de causis benedicendi sunt persecutores, quia nobis bene-
 faciunt, & quia aliam remunerationem non expectant. Ideo
 dicit Apostolus bis Benedicite. Qui se vindicant de persecutio-
 ne, reddunt malum pro bono, & ideo malum accider eis. Pro-
 uerbio. 20. Qui reddidit malum pro bono, non recedet malum de
 domo eius. Si quis dicat quòd illud bonum non facit ex bona
 intentione, & ideo non est diligendus: Respondeo, quòd spina
 quæ claudit vineam alicuius, pungens intrantes in eam, ama-
 tur ab eo cuius est vinea, licet illud bonum quod ei facit, ex in-
 tentione non faciat. ¶ Decimasexta stultitia est, quòd quum ira-
 cundi amorem suum venalem habeant, nolunt tamen vende-
 re ei qui carius eum emeret, scilicet Deo. Quòd ipsi amorem
 suum venalem habeant, pater ex eo quòd nolūt amare nisi suos
 beneficos, & se amātes nolunt habere amorem vel aliquod be-
 neficiū, amoris sui pretium. Sed si ipsi pro Deo inimicos vellent
 diligere, Deus valde carè emeret amorem eorum. Daret enim
 pro illo amorē suum & regnum cælorum. ¶ Nota quādo Domi-
 nus

nus in die iudicij ponet rationem de amore, de quo est maximum præceptū, & dixerit aliquis se amasse aliquē, quia ab eo amabatur, & quia beneficus suus erat: Respondebit Dñs, hoc amore nihil tibi debeo: de illo iam solutum est tibi. Qui autē dixerint aliqui, se amasse propter eū illos, qui conuictis iniuriis offendebant se, ne amarentur. Tunc dicet Dominus. Illum amorem vobis debeo. Venite benedicti, percipite regnum, &c. Ad hoc pertinet illud Matt. 5. Si diligitis eos, qui vobis diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et Luca 6. Si diligitis eos qui vos diligunt, quæ merces est gratia. Et post: Veruntamen diligite inimicos vestros. Requiritur: Et erit merces vestra multa. Et cum homines ita diligunt luerū, mirum est quomodo cū Deo lucrari nolunt, & quomodo amorem suum nolunt Deo dare pro regno eius, quem darent alicui homini pro modico beneficio. ¶ Decima septima stultitia est, quod ipsi reputant honorem, quod in veritate vilitas, scilicet vindicare se. Eiceret aliquis: Non possum viliter tantum dedecus, quod de malo mihi illato me non vindicem, reputans vilitatem esse, nō vindicare se, cum tamen vindicare se potius sit vilitas in multis casibus. Vnus casus est, quando stultus & insanus est, qui sibi conuictur. Alius casus, quando est vilis persona, vel leprosus, vel loripes. Tunc enim homo magni cordis dedignatur vindicare se de illis, nolens manus suas ibi maculare. Seneca: Quibusdam libenter patitur quibus te vindicare fastidias. Ab his non aliter quam ab inimicis malibus paruis, & inquinantibus reducenda est manus. Cum tamen non possis vindicare te absque spirituali iniquatione. Si insanus sit: non est vilitas, sed potius honor, si te non vindices. Seneca: Magni animi est iniurias in summa patientia pati. Idē, Si magnanimus fueris, nunquā dicas tibi contumeliā fieri. De inimico dices, Non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit. cum illum in potestate tua videris, vindictam parabis vindicare potuisse. Scito enim, honestum & magnum & maius vultus vindicandi esse, ignoscere. Prouerbiorum 20. Honorabitur homini, qui separat se à contentione: omnes autem confundentur contumeliis. Sicut honor est se separare à contentione: sic vilitas est in contentione os suum conuicio alteri maculare. ¶ Decima octaua stultitia est, quod ipsi odiosos qui sibi profunt: contra Dei prohibitionem scilicet iniuriat: peccata vero odij, & alia peccata, quæ eis summè nocent

quæ Dominus præcipit odio haberi, nolunt odire. In Psal. Qui diligitis Deum, odite malum. De nocumento peccatorum, dictum est in principio tractatus. Hoc tamen additur, quod peccatum est occasio omnium miserationum, quæ nobis accidunt. Fames enim & sitis, frigus, calor, labor, infirmitas mors, sequelæ sunt peccati. Si enim homo non peccasset, non sensisset eius pœnas. Si quis interfecisset alicui fratrem suum ipse odiret eum, præcipue si sine peccato hoc posset facere. Quare ergo non odimus peccatum, quod interfecit illos de parentela nostra, qui mortui sunt, & illos qui remanserunt occidet, & nos ipsos? In omnibus miseriis quas in mundo isto videmus, possemus odium peccati colligere. Quando aliquem mori videmus, debemus cogitare quàm malum sit peccatum facere, ex quo talia stipendia sequuntur. Apostolus ad Rom. 6. Stipendia peccati mors. Legitur quod Adam & Eva luxerunt centum annis, quando viderunt mortuum Abel, intelligentes illam mortem sequelam esse peccati. Mirum est quomodo homines peccatum amare possunt, cum occasione illius tot miseriis incessanter sustineant. Ad miseriis enim huiusmodi odium peccati deberet in eis renouari.

Quod homo iracundus stultus sit iram recipiendo, conseruando & indicando.

Homo qui alium odit, valde stultus est. Amat enim societatem eius quem odit, & vult cum eo ire in infernum, quod valde mirum est. Mirum etiam est, quod ipse malitiam, quàm in hoste odit, in se diligit: propter vnum delictum quod videt in homine, omnia bona quæ in ipso videt, odit: propter modicum quod diabolus habet in eo, odit quæ Deus habet ibi. In quo assimilatur illi, qui castrum patris sui odiret, propter domum unam hostis sui, qui esset ibi: vel totum agrum unum odiret propter unam viticam quæ esset ibi. Et vt breuiter dicam, homo vult se vindicare, stultus est, iram recipiendo, conseruando, indicando. Iram recipiendo stultus est quia cum frater eius dicat ei verbum durum, & ex alia parte diabolus gladio iræ voluerit eum interficere, non curat de gladio diaboli, sed solum de verbo fratris. Hæc stultitia insinuatur Iob 5. Virum stultum interficit iracundia, quasi diceret, Ex stultitia est, quod ab iracundia se permittit occidi. Stultus etiam est iram conseruando, cum ira sit ignis, quod innuit Salomon, dicens Ecclesiast. 7. Ira in sinu stulti requiescit. Quis non excuteret carbonem de sinu suo, nisi stultus sit? Prouerbiorum 6. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta eius non ardeant? Stultus est etiam iram indicando, Prouerb. 11.

Farius autē statim indicat iram suam hominibus, quum ira furor sit, est indicare se esse hominem insanum. Item qui indicat iram suam hominibus, succedit domos vicinorum suorum, et quod domus sua ardeat, cum potius cogitare deberet quomodo domui propria subueniret. Sicut non esset ferenda sententia, quam insanus diceret: sic non est proferendus sermo quem ira dicitur. Ira sit furor. Homo iratus nisi taceat, ostendit se magis stultum quam ipse sit. Multa enim comminatur quae non faciet. Vnde Proverb. 14. Qui impatiens est, exaltat stultitiam suam.

De sex iniquitatibus iracundi volentis se vindicare. CAP. 7.

Quinto potest valere ad detestationem irae, si ostendatur multiplex iniquitas, quae est in homine irato, qui se vult vindicare. **¶** Prima eius iniquitas est, quod ipse auctoritate sua constituit se iudicem inter se, & iniuriatorem suum. **¶** Secunda est, quod ipse in eadem causa vult esse actor & iudex. **¶** Tertia est, quod ipse vult vindicare se pendente die, quae sibi assignata est, ne plene iustitia fiat. Dies haec dies iudicij est. Apostoli. ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare. **¶** Quarta iniquitas est, quod ipse impunitum relinquit illum, a quo debuit incipere, sedet seipsum, qui sibi magis nocuit, quam alius. Quicquid alii potuit inferre ei, minus est odio quo ipse animam suam interficit. **¶** Quinta iniquitas est, quod ipse iustitiam, quae ex solo iudice debet procedere, ex iniquitate vult elicere, quia ex ira & odio. **¶** Sexta iniquitas est, quod ipse non reddit patientiam iniuriantiam quam ei debet, sicut iniuriatus debet ei innocentiam.

Exempla ad detestationem irae.

Sexto possunt valere ad detestationem irae, exempla. **¶** Praecipue exemplum Christi, quem videmus patientissimum esse, qui ultimo faceret vindictam de inimicis suis. Bene debet sufficere vermiculo, quod ita circum vindicaretur de inimicis suis. Sicut dicit Augustinus. Summae religionis est imitari quem visis. **¶** De beato Bernardo legitur, quod appropinquante morte eius, cum requireretur a fratribus, quod doceret eos aliquid salubria, dixit eis: Alieno sensui magis quam meo crederetur. Laesus vindictam non exoptat. Nulli scandalum facere voluit. Et si feci, sedavi ut potui. **¶** Septimo potest valere ad detestationem irae, quod Dominus ab eo, qui vult vindicare, vindictam etiam remissa repetere. Sicut patet de illo, qui noluit dimittere conferuo, a quo dominus eius repetiit uniuersum debetum prius sibi dimissum. Matth. 18.

De diuisionibus ad iram pertinentibus. PARS 11.

D iſto de his quæ pertinent ad detestationem iræ, conſe-
quenter ponenda ſunt diuifiones ad iram pertinentes.
¶ Norandū ergo, q̄ eſt quædā ira quæ bona eſt, quæ homo ira-
ſcitur vitio, de qua Eccleſ. 7. Melior eſt ira riſu. Quafi diceret,
per uſticiam uultus, corrigitur animus delinquentis. ¶ Eſt alia
ira, quæ mala eſt, quæ homo iraſcitur perſonæ. De qua intelli-
genda ſunt prius dicta. Et hæc duas habet ſpecies. Quædā enim
ſubita eſt, & ſine deliberatione rationis, quæ uenialis eſt. Alia
uero cum deliberatione & conſenſu rationis, quæ mortalis eſt.
Has duas ſpecies tangit Dauid, dicens, Iraſcimini, & nolite pec-
care, &c. Si ſubita ira ſurgat in nobis non conſentiat ratio. Ira
uero quæ cū deliberatione eſt, ſi inueteraſcat, odiū dicitur. Eſt
enim odium ira inueterata. Quod uidetur prohibere Apoſtol.
dicens ad Ephes. 4. Sol non occidat ſuper iracundiam ueſtram.

¶ De his quæ ualere poſſunt ad detestationem odij.

Ab detestationem odij poſſunt ita ſpecialiter ualere. ¶ Pri-
mo illud Gene. 49. Maledictus furor eius, quia pertinax, & indi-
gnatio eius, quia dura. ¶ Secundo illud 1. Ioan. 3. Omnis qui odit
fratrem ſuum, homicida eſt. ¶ Tertio, quia odium ſpecialiter
eſt charitati contrarium, quæ eſt maxima uirtus, maximè pla-
cens Deo, & maximè diſplicens diabolo. Quod maximè diſpli-
cet diabolo, patet ex uerbis Gregorij, dicentis: Non curat an-
tiquus hoſtis ut terrena nobis tollat, ſed ut charitatem in no-
bis feriat. De placencia uero Dei manifeſtum poteſt eſſe per
hoc quod dicit Dominus, Ioan. 13. Hoc eſt præceptum meum,
ut diligatis inuicem. ¶ Quarto, quia cum torqueatur homo per
quem peccat, & ille qui manet in odio iniurias ſibi illatas no-
lite remittere, ipſe punietur in hoc, quod nec peccata ſibi remit-
tentur. Fatuus eſt qui unā iniuriam non uult remittere, ut mille
uel plura peccata ſibi remittantur. ¶ Quintum eſt hoc, q̄ ira
uel odium, contra naturam uidentur eſſe in homine, cum
homo ſit animal manſuetum natura & miſericors. unde Iob
31. Ab infantia meā creuit mecum miſeratio, & de utero
matris meæ egreſſa eſt mecum. Manſuetudini uero quæ eſt in
hominæ, atteſtatur forma & diſpoſitio exterior hominis. In
omni enim ſpecie animalis, figura corporis, & membrorum
naturæ corporis exteriori atteſtatur: ſicut ungues acuti, fortis
& magni, & aduncati dentes, & fiſſio oris magna atteſtatur
rabiei, ut patet in leonibus. Contrarium uero manſuetudini at-
teſtatur in hominibus. ¶ Sextum eſt hoc, q̄ cum cupiditas &
alia uicia conſiſtant in appetitu alicuius boni, ſed inordinate.

odium cōsistit in appetitu ipsius mali. Vnde maioris peruer-
tatis & malitiæ videtur esse quàm cupiditas & similia peccata

¶ *Item diuisio ira.*

Item notandum quod ira potest diuidi in iram occultam, qua
non prorumpit in exteriorem iniuriam, & iram prorumpentem
in exteriorem iniuriam, siue sit iniuria verbi vel facti.
De prima ira dicit Dominus Matt. 5. Omnis qui irascitur fratri
suo reus erit iudicio. Et post subdit de secunda ira: Qui dixerit
fratri suo raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fange
reus erit gehennæ ignis. Raca interiectio est indignantis, sed no-
minat aliquam specialem contumeliã: ¶ Item ira potest diuidi
in iram, qua homo irascitur sibi, & in iram qua homo irascitur
proximo, & in iram qua irascitur Deo. De prima ira dicit So-
crates: Iracundus quum aliis irasci desierit, sibi irascitur. De se-
cunda ira dictum est prius. De ira verò qua aliquis irascitur Deo
qualis est ira inique blasphemanti Deum, potest intelligi illud
Eccl. 17. Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet.

*De peccatis proueniens ex ira. PARS III. qua habet
vna capitula.*

*De guerra, & de duodecim qua homines à guerra cohiberi
deberent.*

CAP. I.

Sequitur de peccatis quæ proueniunt ex Ira. Prouenit autem
Sex iras. Vnde Prou. 26. Sicut carbones ad prunas, & ligna
ad ignem: sic homo iracundus suscitatur rixas. Item Ecc. 26. Homo iracundus
incendit litas. Ex ira etiã sequuntur guerra, incendia, homicidia,
& alia iniectio manus iniusta, & rapinæ, & similia. De
lite non dicemus modò, quia de illa dicitur cum aliis peccatis
linguæ. De rapina vero dictum est in tractatu de auaritia. De
aliis vero hic dicemus. ¶ Et primo de guerra, quã habemus cum
hostibus. Duodecim verò sunt quæ deberent homines cohiberi
à guerra. ¶ Primum est guerra, quã habemus cum hostibus iniustis
libus, Job 6. Militia est vita hominis super terrã. Item dictum est
Gen. 3. ad serpentem: Inimicitias ponã inter te & mulierem, & seminem
illius, & seminem tuum. Guerra ista multum periculosa est. Et propter
calliditatem demonum. Gen. 3. Serpens callidior erat omnibus
serpentibus terræ. Et propter longum exercitiũ pugnæ. Pugna enim
non cessauit ex quo Adã deiectus est in terrã, & longus usus
exercitiũ multum videtur docuisse eum. Et propter contumaciam
pugnæ. Vnde Grego. Assidua tẽtatione diabolus tẽtat nos, ut
radio vincat. Et propter malitiã demonum qui incessanter frunt
sanguinem nostrum. vnde diabolus sanguifuga vocatur, Prout
Sangu

Sanguisugæ duæ sunt filia. Et quia dæmones inuisibiles sunt. Hier. Tunc maximè impugnaris, si te impugnarî nescis. Et quia magnū damnū est si quis vincitur. Regnū enim æternū perdit, & patibulo infernali affigitur. Si autē vincit, multū lucratur, quæ remunerabitur regno æterno. Non accipitur redēptio de guerra: ita. Et, vt breuiter dicam, sicut diabolus peior est homine: ita guerra, quā habemus cum diabolo, peior est quā guerra, quā aliquis habet cū hominibus. Sicut enim aliquis princeps quando habet aliquam guerram fortem & periculosam studet pacificare alias guerras superemergētes: Sic debet homo cum hominibus pacificari, ne à dæmonibus vincatur. Ad hoc videtur pertinere illud Iob 40. Memento belli, & non addas amplius quicquā loqui. vbi dicit glo. Si occulti hostis bellū cōtra te cōsideras, quicquid à me pateris, nō accusas. Hiero. Gladium tenet hostis vt me perimat: mira insania, verbū durū sibi dictū plangere, & gladiū capiti imminētē nō timere: Mira etiā & magna fatuitas, q̄ aliquis captum diabolo se tradat, vt præualeat fratri suo, cū scriptum sit, q̄ crudelis est, & nō miserebitur. Ideo reges & principes huius mundi de facili vincuntur à diabolo, quia habēt alias guerras, & nō sufficiunt resistere vbiq̄. Habac. I. Ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. ¶ Secundo deberet homines cohibere à guerra hoc, quòd Dominus amat pacem, & per contrarium guerram odit.

¶ De signis quòd Dominus amet pacem.

Et possumus multa signa ponere per quæ apparet, q̄ Dominus multū amet pacē. ¶ Primum signū est, q̄ Dominus nasci voluit tempore pacis, quæ durauit x. i. annis. Tunc impletum fuit illud Esa. 2. Tunc cōstabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Spiritualiter autem non vult Deus habitare alicubi, vbi non est pax, quia in pace factus est locus eius. ¶ Secundum signū, q̄ Dominus amat pacem, est hoc, q̄ in natiuitate eius cōmendata est pax hominibus, multitudine angelorū dicēte, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntaris. vti legitur Luc. 2. ¶ Tertiū signum est, q̄ ipse vocauit pacificos specialiter filios Dei, dicens Matth. 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. ¶ Quartum signum est hoc, q̄ ipse mittens apostolos, voluit vt homines ad pacē hortarentur, dicens Mat. 10. Intranses autē domum salutate eam dicentes, Pax huic domui. Mittens etiam discipulos suos dedit eis similiter mandatum de exhortatione ad pacem, dicens Lucæ decimo. In quamcunque domum intraueritis, primum dicite,

Pax huic donsi. ¶ Quintum signū est hoc, quod dominus re-
 stitutus discipulos suos, pacem specialiter tanquam hæreditatem
 eorum reliquit eis, dicens Ioan. 14. Pacem meam do vobis, pacem
 relinquo vobis. Post resurrectionem etiā veniens ad discipulos
 suos, pacem commendavit eis, dicens: Pax vobis. vt habetur Ioh.
 20. in duobus locis. ¶ Sextum signum est hoc, quod dominus in
 carē emere voluit pacem nostram, mori enim voluit, vt nos
 conciliaret sibi: maritari voluit filius Dei naturæ nostræ infirmæ,
 vt pax ista reformaretur. Adhuc etiā pacem peccatorum para-
 tus est emere valde carē, quia paratus est eis remittere omnem
 offensam, & emere pacem ipsorum regno eterno, si poenitentur.
 Honorabilis est ista pax peccatorum. Si peccator haberet Deum
 in carcere, non deberet partem honorabiliorem ab eo requirere.
 Et vt breuiter dicam, speciale officiū filij Dei fuit, pacem refor-
 mare inter Deum & hominem. Hac de causa venit ipse in mū-
 dum istum, & fuit ibi plus quā triginta & duobus annis. Vnde
 ad Ephes. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. ¶ Tertio
 deberet homines cohibere à guerris propter mala quæ inde fiunt,
 & bona quæ inde omittuntur. Primum malum quod de guerra
 sequitur, est odium. De vna guerra sunt quādoque mille homi-
 nes in peccato odij. Illi autē qui sunt in peccato odij, homicidia
 sunt: iuxta verbum Ioan. in 1. Canon. sua. Sequuntur etiā inde
 homicidia, & frequenter illi qui moriuntur in bellis, moriuntur
 morte eterna, quod maximum periculum est. hoc enim damnum
 irrecuperabile est. Vnde Matth. 2. Rachel plorans filios suos, &
 noluit consolari, quia non sunt. Sequuntur etiā ex guerra in-
 dia locorum factorum & non factorum, rapinæ & furta. Filij a-
 gricolarum fures efficiuntur, filia prostituantur, omittuntur o-
 mnia infinita elemosynæ, & infinita alia bona. ¶ Quarto debe-
 ret homines cohibere à guerris hoc, quod in guerris præcipue ma-
 lum inferitur his, qui non meruerunt. Si in guerris illi mala reci-
 perent, qui in culpa sunt, hoc tolerabilius esset, sed illi parū aut
 nihil mali recipiunt. Innocentes verò deprædantur, iuxta illud
 Esa. 59. Qui recessit à malo, præda patitur. Horatius: Quicquid de-
 lirant reges, plectuntur Achiui. In hoc tyranni huius mundi pe-
 iores sunt diabolo, qui non nocet nisi his qui meruerunt. Tyran-
 ni verò in guerris suis potius nocent illis qui innocentes sunt,
 quod nō est parua culpa, quum specialiter Deo adhæreant, & in
 eo si luciam habeant, & sunt in eius protectione. Psal. Innocentes
 & recti adhæserunt mihi. Prou. 2. Deus custodiet rectorum sa-
 lutem, & proteget gradiētes simpliciter. In guerris etiā infer-

tur ma-
 mulier
 rum d
 percul
 laciu
 iudici
 hoc, q
 enim
 runt n
 mala
 humil
 ¶ Sext
 di illi
 iuuate
 tur esse
 Job 4
 & com
 hibere
 sequit
 valet
 rit. Qu
 cogna
 est: me
 anima
 à mini
 quā
 boli,
 guerr
 natur
 tunc,
 spiritus
 Deo n
 dirate
 est: q
 homi
 est ist
 in syl
 les fun
 mulie
 osten
 peior

tur malum pauperibus: plus enim damnificatur aliqua pauper mulier, quando vna gallina auferitur ei, quàm aliquis, qui multum diues esset, damnificaretur in mille maris. Sicut vidua pau- percula, de qua loquitur dominus Luc. 11. Plus misit in gazophy- lacium; mittendo duo æra minuta, quàm omnes alij secundum iudiciũ domini. ¶ Quinto deberet homines cohibere à guerris hoc, quòd vix est quin malũ accidat eis, qui guerram faciũt. Aut enim malum infertur eis, & sic malum eis accidit. Aut ipsi infe- runt malum alijs, & tunc deterius eis accidit: melius est enim mala sustinere quàm mala facere. Vnde Proverb. 16. Melius est humiliari cum iustis, quàm diuidere spolia cum superbis. ¶ Sexto deberet homines cohibere à guerris, difficultas tollendi illis, qui guerris inter sunt. Cum enim vnus alium paratus sit inuare vt fortiores sint, ex eo quòd sunt simul, vnusquisque vide- tur esse occasio quadam omnium malorum quæ ibi fiunt. vnde Job 41. dicitur de corpore diaboli: Corpus eius quasi scura fusilia; & compactum squamis sese premuntibus. ¶ Septimo deberet co- hibere homines à guerris hoc, quòd nulla vel parua utilitas inde sequitur, quando aliquis facit guerrã, vt sua recuperet. Plus enim valet quod ipse in guerra expedit, quàm quod ibi in guerra acqui- rit. Quando verò aliquis guerram facit vt vindicet fratrem vel cognatum sibi occisum, nulla utilitas sequitur illi qui mortuus est: melius esset defuncto, q̄ procuraretur, quòd homicida pro anima eius iret ad partes transmarinas, vel quòd processio fieret à ministris Dei super interfectum eũ aqua benedicta, & cruce, quàm cũ igne maledictio, & lanciis & vexillis à ministris dia- boli, sicut multoties fit. ¶ Octauo debet cohibere homines à guerris, fraternitas q̄ inter homines est. Omnes enim homines naturaliter sunt fratres, quia ex vno patre & vna matre processerunt, scilicet Adã & Heuã. Fideles verò propter hoc quadam spiritali fraternitate fratres facti sunt, quia ex vno patre, scilicet Deo nati sunt, & ex vna matre, scilicet ecclesia, & celestẽ hereditatem diuisuri. Vnde inimicitia inter fideles, inimicitia Cain est: quia inter fratres lupi vel serpentes videntur esse huiusmodi homines, qui bella mouent cõtra homines. Senec. Ferina tabies est ista, sanguine & vulneribus herari: & hoc est, abiecto homine in syluestre animal transire. Inter serpentes & homines natura- les sunt inimicitia. Vnde Gen. 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semine tuum, & semen illius. Vnde serpentes se esse ostendunt, qui ad homines inimicitias habent; imò etiam tales peiores serpentibus & lupis videntur esse. Serpens serpenti nõ

nocet, vel lupo lupus, et si animalibus alterius speciei nocet: homo vero nocet homini. Sene. inimitissimus est homo homini. Leo leoni non nocet, lupo lupum non lædit. Verè canes videntur esse tales homines, qui adinuicem certant. ¶ Nono debet cohibere homines à guerris hoc, quòd homines, qui guerras amant vel habet, speciales filij diaboli sunt, sicut pacifici speciales filij Dei, sicut prius dictum est. ¶ Decimo debet cohibere homines à guerris, miseria quam sustinent homines qui guerras faciunt. Ipsi enim de nocte vadunt armati, in fame & siti, & huiusmodi. Si tantum sustinerent pro Deo quantum sustinent pro diabolo magni meriti essent apud Deum. vnde in Psalmis, contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt. ¶ Undecimo debet cohibere homines dubius euentus belli: quòdoque enim ille qui fortiorem se credit, deterius cadit in bello. Vnde 2. Reg. 11. Varius est euentus belli, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius. Si aliquis fortis est, inuenit aliquem equè fortem vt ipse. Iere. 47. Fortis impegit in fortem, & ambo ceciderunt. Si aliquis malus est, vix erit quin aliquem equè malum aliquando inueniat. Vnde Prover. 17. Semper iurgia querit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum, vel post hanc vitam, quando diabolus ad eum mittetur, vt eum deferat in infernum: vel in presenti quando aliquis homo æquè malus mittetur ad reprimendam malitiam eius. Vulgariter dicitur, quod canis bellicosus defert aures scaturientes vermibus. Et frequenter accidit, quòd qui amant bella, moriuntur gladio. vnde 1. Reg. 17. dicit Samuel ad Agag regem Amalech: Sicut fecit mulieres absque liberis gladius tuus, sic absque liberis inter mulieres erit mater tua. ¶ Duodecimo debet cohibere homines à guerris hoc, quòd sapientes tantum timent guerras & tantum amant pacem. vnde Salomon, qui legitur sapientissimus fuisse regnum suum in pace summa tenuit XL. annis. vnde etiam ob hoc nomen habuit. Salomon enim interpretatur pacificus. Christus etiam vocatus est rex pacificus: & in veritate nihil est, quod tantum noceat ecclesie Dei, quantum guerra. Luc. 11. Omne regnum in se ipsum diuisum, desolabitur. Ambt. Parua res concordia crescunt, magna vero res discordia dilabuntur. licet tantum bonum sit pax, quòd etiam suo contrario queratur, secundum verbum Augustini valde raro esset facienda guerra. Cum enim guerra & pax maxime sint contraria, maxime à se distant. Et ideo valde longa est via quæ est per guerram ad pacem. Et quandoque prius homo deficit, quam ad pacem per viam istam veniat. Citius peruenit homo

homo ad pacem patiendo, quàm bella faciendo. Et facilius ac-
quirit homo largiendo, quàm auferendo.

De peccato incendiariorum.

C A P. II

Incendarius dicitur, qui propria auctoritate incendit ciuita-
tem, vel villam, vel domum aliquam, vel segetem, vel rem si-
milem, malo studio aut pro vindicta. si autem hoc faceret au-
thoritate illius, qui habet potestatem indicendi iustum bellum.
non iudicaretur incendiarius, ex quo guerra esset iusta.

¶ Oſto quæ deberent cohibere à peccato incendiij.

OCTO verò sunt quæ deberent cohibere hominem ab hoc
peccato. ¶ Primum est hoc, quòd istud peccatum diabolicum est.
Diabolus enim in inferno igne impugnat homines: sic faciunt
incendiarij in hoc mundo. vnde cū ipsi diabolo assimilantur in
facto, merito assimilabuntur ei in tormento. ¶ Secundum est,
quòd peccatum istud puræ malitiæ est, & nullius utilitatis est.
Peccatum rapinæ vel furti aliquid habet lucri vel utilitatis, sed
peccatum incendiij nihil. Nullius etiam strenuitatis est peccatum
istud. Mulier enim aliqua posset facere idem. Præterea, quum
sufflatores ignis in seruitio hominū sint viles personæ, quomò-
do non erunt viles personæ sufflatores ignis in seruitio damo-
num? Sine culpa etiam sunt pauperes homines, quorum domus
incenduntur, sed propter solam superbiam dominorum fit. vnde
Psal. Dum superbit impius, incenditur pauper. Peccatum igitur
incendiariorum, cum sit puræ malitiæ, ideo etiam est peccatum
in Spiritum sanctum. ¶ Tertio deberet cohibere hominem à pec-
cato hoc, quòd peccatum istud valde damnosum est proximo.
Pauper enim ille homo exhæredatur, cum domum suam amit-
tit, & oportet eum & uxorem suam & familiam ire mendicando
per domos aliorum, quod valde graue est homini inconſueto.
vnde Eccl. 29. Vita nequam est hospirandi de domo in domum.
Interdum autem accidit, quòd nunquam redibit ad pristinum
statum, & quòd filij eius hæc de causa fates efficiuntur, & filia
prostituuntur, & ille qui domum incendit, reus est omnium pec-
catorum quæ occasione illius incendiij fiunt. ¶ Quarto debet cohi-
bere hominē ab hoc peccato, quòd peccatum istud valde dam-
nosum est actori suo. Damnosius etiam est illi quàm proximo.
vnde refert Greg. in dialogo, quòd cū quidam incendiasset mes-
sem cuiusdam sancti viri nomine Stephani, quidam videns mes-
sem eius combustam: venit ad illum, dicēs quòd messis sua esset
combusta, adinngens, Væ væ pater Stephane, quid contigit tibi?
& ille placidè respondit: Væ quidem illi contigit, nam mihi

quid contigit? Ille qui credit incendere domum alienam, iudicatur suam. Sua enim est domus illa quo ad emendam, & ibi amittitur. Sicut miles, qui est in exercitu alicuius principis, equum amittit, non sibi amittit, sed domino cum quo est. Incendendum ponit ignem ad comburendum domum, sibi etiam praeponit ignem aeternum. Igne etiam peccati exurit seipsum. Aug. Sic patet malitiam esse, quomodo ignem. ¶ Quinto debet cohibere hominem ab hoc peccato hoc, quod peccatum istud multum impedit a salute auctoris sui, & propter restitutionem domus incedere oportet eum facere propter maledictiones, quae sunt eis. Quia enim pauper aliquem defectum habet occasione illius incedere videt filios suos lugentes in alieno hospicio, ipse maledicit ei et domum suam incendit. Quae maledictio defert incendiarii ignem aeternum, vnde Eccl. 4. Maledicentis tibi in amaritudine animae exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem illum qui fecit eum. Et eiusdem 33. Deprecationem laesi dominus exaudiet. Non despiciet preces pupillae: nec viduam, si effundat loquelam genibus. Nonne lacrymae viduae ad maxillas descendunt, & exclamatio eius super deducentes eas? A maxilla enim ascendunt versus caelos, & dominus exauditor non delectabitur in illis. De maxilla in tractatu de Rapina, dictum est. ¶ Sexto debet cohibere hominem a peccato isto, poena magna qua in praesenti puniuntur incendiarii. Poena autem eorum secundum leges humanas est, qui dolo ignem apposuerit, igne cremetur, aut capite puniatur: neque debet absolui, nisi damno restituto, & praestito iuramento, quod ignem ulterius non apponat. A Deo etiam saepe puniuntur in hoc, quod mala morte moriuntur: sicut patet de Absaloe, qui occidit succendi messem Ioab, qui postea suspensus est & occisus tribus lanceis missis in cor eius: ut legitur 2. Reg. 14. legitur etiam Iud. 13. Quod Samson fecit succedi segetes Philistinorum, & postea captus est a Philistinis, & exoculatus est, & a semetipso occisus. ¶ Septimo debet cohibere hominem a peccato isto poena magna, qua puniendi sunt incendiarii in futuro. Quod patet ostendi per hoc quod legitur Mat. 25. ¶ dominus dicitur. Ite maledicti in ignem aeternum. Et subditur causa huius damnationis: Hospes eram, & non collegistis me. Si dominus puniuntur est igne aeterno eos qui in proprio hospicio non receperunt, qualiter credendum est illos esse puniendos qui hospitiu domum in quo ipsi nihil iuris habebant, combusserunt? Quot pauperes hospitati fuissent in domo, quam ipsi combusserunt, toties domino suum hospitium abstulerunt. Merito etiam in praesenti

futato crematur incendiarius, cum ipse alios cremet, quia peccata peccat homo, per hæc & torquetur: & non est lex æquior illa, quam necis artifices arte perire sua. ¶ Octauo debet cohibere homines ab hoc peccato, quia peccatum istud multum displicet Deo. Quod patet per hoc, quod hospitalitas tantum placet Deo: quam hospitalitatem hoc peccatum destruit. Quod hospitalitas multum Deo placeat, patet ex eo quod legitur ad Heb. vlt. Hospitalitas noli obliuisci. Per hanc enim quidam placuerunt angelis hospicio receptis. & Orig. Domos hospitales ingressi sunt angeli. Domos vero hospitibus clausas, ignis & sulphur incendit. Domus quas angeli ingressi sunt, fuerunt domus Abraham & domus Loth. Domus vero succensa, fuerunt domus Sodomorum & Gomorrhæorum. Hospitalitas tantum placet Deo, quod ipse in propria persona legitur ad hospitales homines declinasse. Vnde refert Greg. in quadam homilia, quod quidam paterfamilias multum fuit hospitalis, & quadam die cum peregrinos susciperet, & aquam daret manibus ex humilitate, vnus fuit inter eos, in cuius manibus debuit aquam fundere, & cum reuersus urnam accepisset, non inuenit eum, in cuius manibus aquam debuit fundere: cumque ob hoc apud se miraretur, eadem nocte per visionem dominus dixit ei: Cæteris diebus me in membris meis, hesternam autem die me in memetipso recepisti.

De peccato homicidij, & de his quæ deberent homines cohibere ab homicidio.

C A P. I I I.

Sequitur de homicidio, à quo primo deberet homines cohibere hoc, quod ipsum est contra naturam. Docuit enim natura, quod animalia diligunt ea quæ sunt eiusdem speciei cum ipsis, vnde Eccl. 13. Omne animal diligit simile sibi, vnde mirum est, quomodo homo vult alium hominem occidere, cum natura doceat vnum lupum alium amare. ¶ Secundo deberet cohibere homines ab hoc peccato, quod ipsum multum est contra rationem. Dicitur enim ratio homini, quod non debet facere alij quod sibi odit fieri: vt legitur Tobia quarto: Vnde cum ipse super omnia mortem odio habeat, ipse super omnia cauere debet, ne mortem inferat. ¶ Tertio deberet homines cohibere ab hoc peccato, quod istud peccatum diabolicum est, & diabolo assimilatur. vnde Ioannis octauo: Ille homicida erat ab initio. Diabolus fuit homicida sui ipsius ab initio, & post parentum nostrorum. Vnde sanguisuga vocatur Prouerbiorum tricesimo, vbi dicitur, Sanguisuga duæ sunt filia. ¶ Quarto deberet cohibere homines ab hoc peccato, quod videtur ab homine degenerare &

in bestiam transire, quæ sanguinem humanum sicit. vnde Seneca. Ferina rabies est ista, sanguine & vulnere latari. Et hoc est in iusto homine in sylvestre animal transire. ¶ Quinto debet cohibere homines ab hoc peccato, pœna magna qua homines puniuntur, & in præsentem, & in futuro. De pœna eorum legitur Mat. 23. Omnes qui acceperint gladiũ, gladio peribunt. & Apoc. 13. Qui in gladio occiderit, oportet eũ in gladio occidi. Et Gen. 9. Quicumque fuderit sanguinem hominis, fundetur sanguis eius. Et possunt hæc adferri ad mortem æternam, vel temporalem: vtraque enim reus est, quia auctoritate sua gladiũ accepit. Ad significandum quoddam multum punietur peccatum homicidij, dictum est Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui Abel clamauit me de terra. Vox sanguinis potest dici vox consanguinitatis sit sensus, generatio quæ ex Abel exisset, nisi interfecisset, requirit quoddam vindictam sumam de te. Pœna etiam homicidæ ostenditur, cum subditur: Maledictus igitur eris super terram. Et fuit tanta maledictio illa, quod etiam ipsam terram obrigit. vnde subditur: Cum operatus fueris terram, non dabit fructus suos. Et subditur post: Vagus & profugus eris super terram omnibus diebus vitæ tuæ. Et post factus est Cain tremulus. vnde ait: Omnis qui inuenierit me, occidet me.

¶ De quatuor peccatis clamantibus ad Deum.

Et notandum quod quatuor peccata dicuntur clamare ad Deum, scilicet oppressio innocetium. Exo. 2. Ascendit clamor filiorum Israël ad Deum. Et peccatum Sodomiticum. vnde Gen. 18. Clamor Sodomorum, & Gomorraeorũ multiplicatus est. Et detentio mercedis mercenariorum. vnde Iacobi vlti. Ecce merces operariorum vestrorũ, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures domini sabaoth introiit. Et peccatum homicidij. vnde Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui, &c. Tria veto peccatis nominatis ideo dicuntur clamare ad Deum ad modum homicidij, quia sunt quasi homicidium. In peccato enim omni naturam effunditur illud quod potuit esse materia corporis humani, & ideo est quasi homicidium. In oppressione vero innocetium & detentione mercedis auferitur pauperibus vita eorum, & ideo à Deo quasi homicidium reputatur. vnde Ec. 33. Panis egeni vita pauperis est: qui defraudat illũ, homo sanguinis est. & ibidem: Qui auferit in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Et ibidem: Qui effundit sanguinẽ, & qui fraudat facit mercedario, fratres sunt. Punietur etiam homicidæ irregularitas. Licet enim de peccato homicidij condignam pœnitentiã eg-

tint, ramen non possunt promoueri. Vnde i. Paralip. 28. dicit dominus ad Dauid: Non ædificabis domum nomini meo, eo quod sis vir bellator, & sanguinem fuderis. ¶ Sexto deberet cohibere homines à peccato homicidij fraternitas quæ est inter Christianos. Omnes enim Christiani fratres sunt, & fraternitate naturali & spirituali. Ex vno enim patre & matre sunt omnes: ex Adâ scilicet, & Heua. Fratres etiam sunt spiritualiter ex Deo patre & ecclesia matre. vnde homicidium inter Christianos est fratricidium. Ad quod potest referri illud Gen. 27. Quid nobis proderit si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? melius est vt venunderetur Imaëlitis, & manus nostræ non polluantur. Frater enim & caro nostra est. ¶ Septimo deberet cohibere homines à peccato hoc, quod fideles sunt filij Dei. Vnde Augustinus: Filij Dei sumus, vnde hoc probamus? Mortuus est vnus, ne remaneret vnus. ¶ Et i. Ioan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij eius nominemur & simus. Et in eodem: Filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus: sed cum apparuerit, scimus quoniam similes ei erimus. & Matth. 23. Patrem nolite vocare vobis super terram: vnus enim est Pater vester qui in cælis est. Igitur qui aliquem fidelem occidit, filium Dei occidit: quod constat nimia temeritatis esse. Quomodo ante conspectum Dei stare audebit, qui filium eius occidit? ¶ Octauo deberet cohibere homines ab hoc peccato, quod quilibet homo angelam bonum habet deputatum sibi ad custodiam: cui corumeliam facit, qui hominem occidit, vel iniuste manus in eum iniicit. vnde Matthæi 18. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis quia angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in cælis est. Si quis verberaret aliquem qui haberet militem de mensa regis Franciæ sibi ad custodiam deputatum, non parum offenderetur rex: quantum ergo putandus est offendi rex cælestis, quando ille occiditur vel verberatur, cui ipse vnus de angelis suis ad custodiam deputauit: qui sunt quasi milites de mensa eius. ¶ Nono deberet cohibere homines ab homicidio hoc, quod homo ad similitudinem Dei creatus est. Mirum enim est quomodo aliquis audeat destruere creaturam illam quam Deus ad similitudinem suam dignatus est creare. vnde Genes. 9. postquam Dominus dixit, Quicumque fuderit sanguinem hominis, fundetur sanguis illius. Subditur causa ista: Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Si aliquis artifex ratum habet amorem ad opus suum quod parui valoris est, quod non potest sustinere vt & verbo ei detrahatur, vt patet in versifica-

to,

ore, qui non potest sustinere vt versibus eius detrahat: quantum putandus est Deus amare creaturam suam, quam create voluit ad similitudinem suam, & quantum offenditur in eius delinquere? ¶ Decimo deberet cohibere homines ab homicidio hoc quod Dominus ira carere emit hominem: non parum enim dicitur Deus, quando res illa quam ipse emit sanguine suo, transfertur. 1. Petr. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione: sed pretioso sanguine quasi agni, immaculati & incontaminati Iesu Christi, hoc pretio debemus hominem appetere, ne nobis vilescat. ¶ Undecimo deberet homines cohibere ad homicidium hoc, quod homo templum est Spiritus sancti. vnde templum Dei violat, qui hominem occidit vel verberat. 1. ad Cor. 3. Nescitis quia templum Dei estis vos, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. ¶ Duodecimo deberet cohibere homines ab homicidio hoc, quod tota trinitas habitat in homine tanquam in hospicio suo. vnde Ioan. 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Vnde toti Trinitati contumeliam facit, qui viro iusto, in quo ipse habitat, violentiam facit.

¶ De occasione iustorum hominum.

¶ Si a ista ratio non videtur extendi ad mortem iniustorum hominum, & in rei veritate homicidium iniustorum hominum quantum ad aliquid, periculosius est, quam homicidium iustorum cum scriptum sit, Mors peccatorum pessima. De morte vero iustorum scriptum est. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Mors peccatorum pessima est, quia est velut: quaedam porta per quam in infernum intratur, & est quidam transitus ad mortem aeternam: Mors vero iustorum quaedam porta est, per quam egressus de miseria huius vitae, & ideo non solum magnum peccatum est homicidium iustorum, sed etiam impiorum interfectionem hoc fiat imperio Dei. Imperio autem Dei fit, quando fit auctoritate legis diuina: aliter non placet Deo: Ezech. 18. Numquid iniquitatis mea est mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur a viis suis, & viuat? Et eiusd. 33. Nolo mortem peccatorum sed vt magis conuertatur & viuat. & Mat. 2. Rachel plorans filios suos, noluit consolari, quia non sunt. vbi dicit glo. Ecclesia plorat non tam morte translatos, quam supplicio peremptos. Supplicio magis quam infernali. De morte vero iustorum dicit Sapiens: Non est lugenda mors, quam immortalitas sequitur. peccatum homicidii est tantum quod Cain ponderositate eius non valens sustinere dixit verbum desperationis, Maior est iniquitas mea, quam

veniam merear. Mirum est, q̄ postquam humana natura coniuncta fuit & vnita diuina; quomodo aliquis ausus fuit manum mittere in hominem, vel eum occidendo, vel verberando, nisi diuino imperio, quod sit auctoritate legis diuinæ. Quādo aliqua mulier nupsit alicui regi, omnes de regno illo deferunt etiā minimo de genere ipsius: quātum ergo deferendū est hominibus, cū humana natura matricata est filio Dei? Præterea si **cruci** tanta reuerentia exhibetur, quia coniuncta fuit corpori Christi per modicum tempus: quanta reuerentia exhibēda est humanae naturæ, quæ vnita est diuinæ; ita q̄ nunquā ab ea separabitur? & hæc sufficiat de peccato homicidij. De aliā vero iniectione manuum iniusta, de qua videbitur hic esse dicēdū, nil dicitur: quia in magna parte sunt eadem, quæ debent hominem cohibere à peccato isto, cum his quæ sunt dicta contra peccatū homicidij.

De remedijs contra iram propriam & alienam. PARS III.

Notandum q̄ contra iram alienam triplex potest esse remedium. Contra iram verò propriam octo assignabimus remedia. ¶ Primū remedium contra iram alienam, est mollis responsio, vnde Prou. 15. Mollis responsio frangit iram: sermo durus suscitatur iras. & Prou. 25. Lingua mollis confringer duritiam. & hoc est vnum de miraculis spiritualibus, quod molle facit durum. vnde legitur in Vitis patrum de abbate Machario, q̄ cum properaret ad quendam locum, discipulus eius præcedens ipsum obuiavit euidā sacerdoti idolorū portanti lignum grande. Cui dixit discipulus Macharij: Quò vadis dæmon? At ille iratus percussit eum ira quod fere mortuum reliquit. Cui postea obuians Abbas Macharius ait: Salueris laborator, salueris. At ille, Quid in me boni vidisti, vt ita me salutes? Cui senex, Quia vidi te laborantē. Cui sacerdos, Et ego ex tua salutatione cognoui te seruū magni Dei. Sed quidam monachus male me salutauit, quem ego plagis affeci: & statim cōpunctus est sacerdos idolorum, petiitque veniam: & duxerunt vulneratū vsque ad cellam, & sacerdos idolorum monachus factus est. & dixit Hier. Vide quid lenitas sermonis fecerit, & quid austeritas. Homo iratus est velut olla bulliēs. Pro. 15. Os fauorum ebullit stultitiam. Ideo aqua frigida mollis responsionis superfundēda est. Eccl. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros? Dulce verbum est velut ros refrigerans ardorem iræ: & sicut ex ore exit flatus vnde ignis materialis accēditur, & sputū vnde extinguitur: sic ab ore exit verbum durū vnde ignis iræ accēditur, & dulce verbū vnde ignis iræ extinguitur. Ad quod videtur pertinere illud Eccl. 28.

Si

Si sufflaueris, quasi ignis exardebit: & si spueris super illam, extinguetur. Vtraque ex ore proficiscitur. Nec mira si duris verbis ignis irae accenditur. cum collisio durorum corporum ignem materiale[m] producat. ¶ Secundum remedium contra iram alienam est silentium. vnde Prou. 26. Cum defecerint ligna extinguetur ignis. Velut ligna se habet verba, quae respondentur homini iracundo, vnde ignis irae nutritur. Eccle. 8. Ne litiges cum homine litigioso, & non struas ligna in igne eius. Securus cui esset omnino recedere ab irato, sicut aliquis recedit ab igne quando non vult comburi, neque calcari ab eo. vnde ad Rom. 12. Vos defendentes charissimi, sed date locum irae. ¶ Tercium remedium contra iram alienam, vel odium, est beneficium. vnde Prou. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, da illi aquam bibere. Prunas enim congeres super caput eius. Beneficia quae amico exhibentur, sunt velut prunae accendentes inimicos eorum amorem. vnde legitur in Vitis patrum de quodam eremita nomine Theon. qui habebat gratiam sanandi aegros, & cum venissent latrones putantes eum habere multum auri, ipse fecit eos foribus affixos, & mane cum incolae vellent eos comburere pro furto, ipse ait: Sinite eos abire illaesos, alioquin a me accipiet gratia sanitarum: & statim ipsi latrones conuersi sunt ad Dominum. Legitur etiam de quodam qui vocabatur Amos, qui in deserto in eremo morabatur, quod latrones ei auferrebant panes quibus vesceretur. Vnde Amos precepit duobus draconibus ut custodiret ostium cellae. Et cum latrones venissent ad ostium cellae, videntes dracones obstupuerunt, quos inuenit Amos pre timore semimortuos: & fecit eis parari mensam, & compuncti facti sunt sancti homines.

¶ De remedio contra iram propriam.

¶ **S** Q V I T V R de remediis contra iram propriam. ¶ Quotid primum est consideratio Dominicae passionis. Greg. Si passio Domini ad memoriam reuocetur, nihil adeo durum quod non animo toleretur, quod remedium nobis insinuat in libro Num. 21. vbi legitur quod filii Israel respicientes serpentem in deserto, sanabantur a moribus serpentium ignitorum, Vnus de serpentum ignitis est ira, a quo quis sanatur, si diligenter intendat quid Christus pro eo in cruce passus sit. Tunc enim patienter sustinebit quod quid oportebit eum pro amore Christi pati. ¶ Secundum est silentium vnde super illud Prou. 12. Fatus statim indicat iram suam. ¶ Tercium est glossa. Natura irae est ut prolata magis ferueat, occultata languescat. & Prou. 26. Qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Stultus est homo superbus, quasi stans altus, praecipue si iracundus.

Homo enim iracundus non solū est stultus, sed etiam quasi insanus. Unde si silentiū ei imponatur, irā mitigā. ur. Ad hoc potest referri quod legitur in Vitis patrū de abbate Isaac, qui requisitus à quodā fratre quare dæmones eū timerent. Respōdit, ex quo factus sum monachus statui apud me, vt iracūdia extra gressu meum non procederet, & ideo timēt me ita dæmones. Legitur etiam de beato Achille, q̄ quidā senex venit ad eum, & vidit ipsum sanguine expuentē, & requisitū quid hoc esset. Cui Abbas Achilles respōdit: Sermo erat cuiusdā fratris qui me cōtristauerat, sed repugnaui, vt non illū discerem, sed petij Dominum vt tolleretur à me, & factus est ille sermo sanguis in ore meo. Et postqua expui in eū, requieui, sed ipsam trinitā & sermonem illū sum oblitus. Ad istud secundū remediū videtur pertinere illud Psal. Posui ori meo custodiā. ¶ Tertiū remediū est, cōsideratio diuinæ ordinationis. Nullū malū pœnæ potest inferri nobis, nisi diuinā ordinatione, quod magnū solatiū debet esse fidelibus. Omnis enim tribulatio velut oratio est, quam celestis medicus qui discretissimus est, & fidelissimus, habet quasi in vtre suo, iuxta illud Psal. Statuit aquas quasi in vtre, & inde dispētat eā filiis suis prout videt expedire. Ideo māsuētē & patiētē tolerāda est tribulatio. Istā rationem insinuat nobis Dñs, Ioan. 18 dicens: Calicē quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum: Tribulatio etiam est quasi virga in manu matris amātiſsimæ: quia in manu Dei, qui filios suos diligit super omnem matrē. Ela. 49. Nūquid obliuisci potest mulier infāntē suū, vt nō misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamē nō obliuiscar tui. Non est multū timēda virga, quæ est in manu matris amātiſsimæ, scilicet misericordiæ Dei præcipuē quādo aliquis sperat per virgam huiusmodi à gladio pœnæ æternæ liberari. Ad hanc ordinationē respiciebat Dauid, de quo legitur 2. Reg. 16 q̄ cū Semei malediceret sibi, & Abisai cōminaretur maledicēti, ait Dauid: Dimittre eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini. ¶ Quartū remediū est cōsiderare vtilitatem quam habet tribulatio, quæ toleratur tam in præſenti, quā in futuro. Hanc vtilitatē insinuat Dauid quando dicit de persecutoribus: Circūdederunt me sicut apes. Apes aculeo pungunt, sed ex alia parte mel tribuunt, & licet timeātur quia pungūt, amātur quia mel tribuūt. Sic persecutores licet pungāt, dum tribulationem inferunt: tamē amādi sunt, quia mel celestis dulcedinis quodā modo conferunt. Materiam enim æternæ coronæ homini ministrant. ¶ Quintum remediū est, cōsideratio sta-